Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Primo lex nature durauit ab adam vsque ad christum
Et erat in duobus preceptis Primo quod tibi non vis alteri ne
feceris Secundo quod tibi fieri vis alteri fac Sed interpolauit transgres
sionem primo a Cain qui interfecit abel, addidit deus
legem scripture per moysen que durauit vsque ad christum
et habuit decem precepta primum scilicet vnum cole deum
transgressa mox per filios israel cum adorarent vitulum vn
de Et fecerunt vitulum in oreb Tercio dedit legem
gracie vt daret locum venie, possentque homines post
peccatum penitere et saluari In lege omnibus promisit libere
arbitrium vt haberet virtutis locum, et deo occasionem
nos remunerandi Et quia homo in hoc tempore letatur et ingre
labitur in facinora Apposita sunt nobis quatuor remedia
scilicet nostra nouissima que nos retrahunt vltimum a peccatis
Unde Ecclesiastici vij° Memorare nouissima tua et in eternum
non peccabis Et Moyses Utinam saperent et intelligerent
ac nouissima prouiderent Unde Ieronimus Facile contempnit
omnia qui semper se cogitat moriturum Gregorius valde
ergo se sollicitat in bono opere qui semper cogitat de
fine Sunt autem quatuor nouissima nobis terrencia et
allicencia Terrencia tria Que quidem quatuor sunt scilicet mors
iudicium Iehenna et gloria, quid horribilius morte, quid
terribilius iudicio, quid intollerabilius iehenna Et quid
iocundius celesti gloria Unde versus Hec duo sunt que terrent
sub pectore mixta Hora mea iudicium barathrum spes
paradysi

Premeditacio de quatuor nouissimis

Et primo de morte Cuius cogitacio retrahit a diuiciis Unde
[illegible] Et qui thesaurizat et ignorat cui congregabit
ea, relinquit alienis diuicias suas Iob Nudus egressus
sum Et Reuocat ab appetitu honoris cum cogitat illud
sapientis Quid superbis terra et cinis Si interrogaret
aliquis vnum de veteribus, quid portauit, quis vadis respon
dere potest de cinere in cinerem Est autem quadruplex
modus